

vollständigen Anhang zur Vita über die Translation der hl. hl. Gaugericus und Autbert nach Magdeburg und die Restauration des St. Autbertklosters in Cambrai unter den Bischöfen Erluin und Gerard, sicher den werthvollsten Abschnitt des ganzen Werkes, den Surius nur ganz kurz wiedergegeben hatte. Ein Auszug daraus findet sich in den *Gesta episc. Camerac.* I, c. 77 (78), SS. VII, p. 430. Einen Theil hatte aber Jacques de Guise wörtlich nach seiner Art IX, c. 46 u. 47 (ed. Fortia Bd. VIII, S. 38—44) aufgenommen, ohne dass er hier die verdiente Beachtung gefunden hätte.

Fol. 126. *Evoluto autem aliquo temporum spatio, postquam Otto, gloriosus princeps atque pacificus imperator, Heinrici regis filius, regnum¹, quod a patre minus pacatum acceperat, sedatis hostibus multa in pace composuisset necnon orientalium rex Francorum ac patricius Romanorum appellatus esset, cepit animosius circa ecclesiastice dispensationis officia pio sollicitudinis exercitio occupari ecclesiasque Dei, ubi deerant, construere, ubi vero aut vetustate conlapse aut gentium infestatione destructe fuerant, datis ex proprio erario pecuniis, reparare adeo, ut preter opera, que plurima ad regni decorem et commoditatem pertinentia diversis in locis expleverat, quatuordecim pontificalis magnificentie sedes² construeret, inter quas urbem quandam metropolim condidit, que usitato vocabulo Magadaburc nuncupatur. Que civitas Sclavos a Saxonibus, qui illi contermini sunt, disparat. In qua cum multos gentilium a cultura idolatrie ad fidem catholicam converti compelleret, et totam pene provinciam monasteriis et ecclesiis refertam nobilitaret, atque, statutis per singula loca ministris, res in usus famulantium regia munificentia donaret, hoc tandem indigere videbatur, ut ex sanctorum pigneribus aliunde requireret, quibus locus ipse et adversus gentium infestationes et spirituales inquietudines muniretur et ad promerenda divina beneficia aptaretur. Que cum multa ab episcopis suis impetrasset et plurima ex remotis provinciis anxius exposceret, audivit Fulbertum venerande memorie episcopum, qui eo tempore Cameracensis ecclesie plebem cura pervigili regebat³, super hac re maxime regis desiderium pusse implere, felicem eius sedis civitatem, que duorum confessorum, Autberti videlicet atque Gaugeric, presentibus patrociniis suffulta nulla imminentis iacture pericula formidabat, felicem Magadaburc urbem, si horum corpora divina Dei voluntate habere contigisset. Id autem licet ad optinendum regi facile videretur, suberat tamen causa maior, que episcopi animum erga regem ad prestanda, que vellet, attentius inclinaverat, ea scilicet, quod*

1) 'regū' Hs. 2) Zehn Bisthümer und ein Erzbisthum. Vgl. Dümmler, *Otto der Grosse* I, S. 551. 3) 934—956.